Prefatio in libru qui dicitur dyalogus creaturarum moralizatus: omni materie morali iocundo & edificatiuo modo applicabilis Incipit feliciter.

Quoniam sicut testatur Isidorus i libro de summo bono libro primo capi. quarto. dicens. q ex pulcritudine circumscripte nature ostendit nobis de pulcritudinis sue ptem aliqua: qui circumscribi nequit a intelligi vt ipsis eisdem vestigijs homo reuertatur ad deum quibus auersus est a deo. Et qui p amorem pulcritudinis creature: a creatoris forma se abstulit. rursus p creature decorem. ad creatoris sui pulcritudinem reuertatur. Que quidem creature. et si nobis sicut liber iste fingit dialectice voce formata non loquantur. Inclinatione tamen a naturalis institutionis proprietate: nos docere nostrosq mores corrigere: si bene pensamus: non desinunt Quod illud gloriosum lumen doctorum Sanctus augustinus optime intelligebat cum dicebat. O domine deus omnes creature tue quas fecisti ad me clamant. et clamare non desinunt. vt te solum deum creatorem meum sup omnia diligam. Et ideo autor libri istius hec rite considerans quosdam dialogos creaturarum ad sanam et moralem doctrinam applicauit confinxit et composuit: vt p creaturarum quasi nobis loquentium proprietates: simul in moribus erudiamur: a tedium audientium euitemus et ipsorum audientium memoriam adiuuemus. quod maxime per rerum similitudines procuratur Saluator enim noster omnium predicatorum pfecta forma: fabulis. palestinorum more: vsus est. vt rerum similitudine ad viam veritatis homines perducerent. Autor ergo libri presentis iocundo modo morales doctrinas in exterminium viciorum et virtutum promotionem introducit. quod vtique licet a expediens est vt dicit doctor sanctus secunda secunde. q. clxviij. in solutione vltimi argumenti. Et hoc si fictio exterior interiori deuotioni et dispositioni bone conueniat. Vtilis est ergo presertim liber predicatoribus et alijs quibuscumq intelligentibus contra fatigationem animalem. vt per delectationem iocunde materie aliqualiter intermissa intentione ad insistendum rationis studio simplicium animi ad altiora trahantur.

Sicut in collationibus patrum legitur q beatus euangelista iohannes dum quidam scandalizaretur q eum cum suis discipulis ludentem inuenit. dicitur illi mandasse qui arcum gerebat vt sagittam traheret. quod cum pluries fecisset que fuit vtrum hec continue facere posset. Qui respondit. q si hec continue faceret. aut arcus frangeretur aut remissius telum proijceret. Ex quibus beatus iohannes intulit. q similiter animus hominis frange

retur si nunq̃ a sua intencone relaxaretur. Et hoc idem dicit philosophus in quarto ethicorum q̃ in huius vite conseruatione quedã anime requies cum ludo seu iocunditate habetur. que vtiq̃ virtuosa est. si vt dicit ambrosius in p̃mo de officijs hoc in talibus de iocundis actionibus seu verbis cauea mus. ne dum relaxare animum volumus. omnem armoniam bonorum operum per contemptum quẽdam soluamus. Iste ergo liber dialogus creaturarum appellatus sic materias iocũdas fingit vt morum grauitas et aptitudo doctrine per sanctorum auctoritates doctorum exornetur habens duas tabulas prenotatas. Quarum prima exprimit de quibus creaturis tractant singuli dialogorum vt lector quo citius habeat circa que versatur eius intentio. Secunda tabula alphabetico ordine geneãliter singulas materias virtutum et vicorum ad mores componendos a corrigendos predicatorem et inquirẽtem docet. Que scilicet cuilibet narrationi sibi in processu sermonum conuenire possunt.

Prima tabula insinuans naturas et efficacias singularum creaturarum secundũ modum persuasiuũ Incipit feliciter.

De sole et luna dialog9. p̃.
De saturno a nube dial'. ij.
De stella trãsmõtana dialo. iij.
De hespero et lucifero dialo. iiij.
De arcũ celi et caneto dialo. v.
De celo et terra dialogus. vi.
De aere et vento dialogus. vij.
De litore a mari dialog9. viij.
De igne et aqua dialogus. ix.
De aqua et igne dialogus. x.
De fluuio a mari dialogus. xi.
De mõte a valle dialogus. xij.
De gemmis a lapidib9 preciosis dialogus decimustertius.
De smaragdo a ãnulo dial'. xiiij.
De saphiro a aurifice dial'. xv.
De topasio precioso dialo. xvi.
De carbũculo a speculo dial'. xvij
De achate et ceraste dial'. xviij.
De auro a plumbo dialog9. xix.
De auro et argento dialog 9. xx.
De argento a ferro dialog9. xxi.
De stagno et ere dialog9. xxij.
De sera et claue dialogus. xxiij.
De cacabo a cathena dialo. xxiiij.
De herbis a arboribꝰ dial'. xxv
De ruta et animalibus venenosis dialogus vicesimussextus.
De isopo a mercurio dial'. xxvij.
De abrotano a lepore dial'. xxviij
De plãtagine a simia dial'. xxix.
De vertena et lupo dialog9 xxx.
De mandragora et venere dialogus tricesimusprimus.
De rosario et p̃dice dialo. xxxi.
De ramno a damula dial'. xxxij.
De mirto et muliere dial'. xxxiij
De cedro libani dialog9. xxxv.
De duab9 arboribꝰ dial'. xxxvi.
De delphino et anguilla dialogus tricesimusseptimus.
De syrene a lubrico dial'. xxxviij
De vento marino guloso valde dialogus tricesimusnonus.
De quinq̃ dentalibus et piscatore

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF